

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 8683

**Auteur(s)** : Aimery II, Châtellerauld (vicomte)

**Bénéficiaire(s)** : Neufchâtel-en-Saosnois, Notre-Dame de Perseigne (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1235, mai

**Lieu d'émission** : Lyons-la-Forêt

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

CHARTRE D'HAMERIC VICOMTE DE CHASTELERAUD BARON DE SONNOIS, ETC. — Aimery, vicomte de Châtellerauld et baron du Sonnois, reconnaît à Perseigne le droit de justice accordé par ses prédécesseurs, et que ses hommes ont violé en arrêtant un voleur nommé Hertaut, saisi en flagrant délit, et qui, étant homme de l'abbaye, devait être jugé par elle seule conformément aux privilèges octroyés par chartes à Perseigne. Mai 1235.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fleury Gabriel, *Cartulaire de l'Abbaye cistercienne de Perseigne*, Mamers, Fleury et Dangin, 1880, n° XIX, p. 49-55.

Texte d'après a

Universis presentes literas inspecturis, ego Hamericus, vicecomes de Castro-Heraudi salutem in Domino. Noveritis quod cum senescallus meus ceterique servientes et alocati mei terre mee de Sagonio prepositum monachorum de Persenia aliosque quamplures homines ipsorum indebite molestarent, pro eo quod ipsi fecerant sive fieri procuraverant executionem de quodam latrone Hertaut nomine, in terra ipsorum capto in furto manifesto et a pluribus deprehenso, ipso tamen in eorum proprio servitio famulante. Ego autem intendens Christo regi domino devote famulantes perpetue pacis domicilio confovere, jure etiam ipsorum religiosorum per cartas et privilegia et facti evidentiam alias executi mihi exhibito, sciensque ipsos in executione et justitia predictis jus bonum habere et etiam habuisse, et concessi ut predicti monachi et homines sui ab infestatione et molestatione predictis liberi perpetuo remanerent. Unde senescallo meo de Sancto Remigio de Plano et omnibus aliis servientibus et alocatis meis mando et mandando precipio ne dictos monachos et homines suos ratione executionis predictae aut alias molestent de cetero vel perturbent. Item volo et precipio quod prefati et religiosi et successores sui libere et pacifice teneant et possideant omnes res et possessiones et eleemosynas suas prout in cartis et privilegiis inclyte recordationis Guillermi quondam comitis Pontivii et Roberti comitis Alenchonis et sagonensis domini predecessorisque et avunculi nostri aliorumque predecessorum nostrorum continetur que et quas in omnibus approbo et confirmo. Hanc autem concessionem et confirmationem dedi dictis monachis et successoribus suis pro salute et remedio anime mee animarumque antecessorum et successorum meorum et specialiter Roberti comitis predicti charissimi avunculi mei in dicto Persenie monasterio quiescentis, qui mihi dictam terram sagonensem et alias, jure hereditario possidendam, contulit et legavit ; quod ut firmum et stabile perpetuo perseveret presentem

chartam sigillo mei munimine roboravi. Actum est hoc anno incarnati Verbi millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense maio.